MEDITATIONES
CIRCA SINGVLARE
SERIERVM
GENVS

Auctore

L. EVLERO.

In commercio litterario, quod olim cum Illustrissimo *Goldbachio* coluerum, inter alias varii argumenti speculationes, circa series in hac forma generali:

$$1+\frac{1}{2^m}\left(1+\frac{1}{2^n}\right)+\frac{1}{3^m}\left(1+\frac{1}{2^n}+\frac{1}{3^n}\right)+\frac{1}{4^m}\left(1+\frac{1}{2^n}+\frac{1}{3^n}+\frac{1}{4^n}\right)+\text{etc.}$$

comprehensas sumus versati, earumque summas scrutati. Tametsi autem huiusmodi series raro occurrere solent, parumque vtilitatis polliceri videntur, inuestigationes tamen, ad quas earum consideratio nos perduxerat, eo magis dignae videntur, vt ab obliuione et interitu vindicentur, quod methodi, quibus ea occasione sumus vsi, multo latius patent, ac fortasse aliquando Analysi insignem vsum afferre possunt. Non igitur tam ipsam hanc seriem, etiamsi in se spectata neutiquam spernenda videatur, quam varias methodos, quae ad eius summationem perducunt, hic exponere constitui; quae quoniam ex commercio illo epistolico sunt desumta, lectores hic statim

tim in limine monitos velim, has inueſtigationes maximam partem acumini Illuſtriſſimi *Goldbachii* eſſe attribuendas. Tres autem potiſſimum viae ad huiusmodi ſeries deducunt, quae quoniam inter ſe maxime ſunt diuerſae, vnamquamque ſeorſim explicabo, quo, quantum quaelibet praeſtet, facilius perſpici poſſit.

Prima Methodus ad huiusmodi ſeries perueniendi.

1. Si habeantur duae ſeries quaecunque, quarum ſumma conſtet:

$$1 + a + b + c + d + e + \text{etc.} = t \quad \text{et}$$
$$1 + \alpha + \beta + \gamma + \delta + \varepsilon + \text{etc.} = u$$

tum vero inſuper ſeriei ex his conflatae ſumma ſit cognita ſcilicet:

$$1 + a\alpha + b\beta + c\gamma + d\delta + e\varepsilon + \text{etc.} = v$$

tum illis ſeriebus in ſe multiplicandis colligitur:

$$\left.\begin{array}{l} 1+a(1+\alpha)+b(1+\alpha+\beta)+c(1+\alpha+\beta+\gamma)\text{etc.} \\ +1+\alpha(1+a)+\beta(1+a+b)+\gamma(1+a+b+c)\text{etc.} \end{array}\right\} = tu+v$$

quod quidem per ſe eſt manifeſtum, quoniam in his duabus poſterioribus ſeriebus occurrunt producta ſingulorum terminorum primae ſeriei per ſingulos ſecundae; id tantum notetur, producta cuiusque termini primae ſeriei per terminum reſpondentem ſecudae, veluti $1\,1$, $a\,\alpha$, $b\,\beta$, $c\,\gamma$, $d\,\delta$ etc. bis occurrere, quae quia in producto $t\,u$ ſemel tantum repeririuntur, idcirco ad id inſuper ſeriem v adiungi oportebat.

2. Quod si iam seriei $1+\frac{1}{2^m}+\frac{1}{3^m}+\frac{1}{4^m}+$ etc. in infinitum continuatae summam per $\int\frac{1}{z^m}$ designemus, vt sit

$$1+\frac{1}{2^m}+\frac{1}{3^m}+\frac{1}{4^m}+\frac{1}{5^m}+\text{etc.}=\int\frac{1}{z^m}\text{ et}$$

$$1+\frac{1}{2^n}+\frac{1}{3^n}+\frac{1}{4^n}+\frac{1}{5^n}+\text{etc.}=\int\frac{1}{z^n}$$

similique modo pro serie hinc conflata:

$$1+\frac{1}{2^{m+n}}+\frac{1}{3^{m+n}}+\frac{1}{4^{m+n}}+\frac{1}{5^{m+n}}+\text{etc.}=\int\frac{1}{z^{m+n}}$$

atque ex his sequentes duas series, quae in forma proposita continebuntur, formemus:

$$1+\frac{1}{2^m}(1+\frac{1}{2^n})+\frac{1}{3^m}(1+\frac{1}{2^n}+\frac{1}{3^n})+\frac{1}{4^m}(1+\frac{1}{2^n}+\frac{1}{3^n}+\frac{1}{4^n})+\text{etc.}=P$$

$$1+\frac{1}{2^n}(1+\frac{1}{2^m})+\frac{1}{3^n}(1+\frac{1}{2^m}+\frac{1}{3^m})+\frac{1}{4^n}(1+\frac{1}{2^m}+\frac{1}{3^m}+\frac{1}{4^m})+\text{etc.}=Q$$

ex principio supra stabilito habebimus:

$$P+Q=\int\frac{1}{z^m}\cdot\int\frac{1}{z^n}+\int\frac{1}{z^{m+n}}$$

vnde si alterius harum duarum nouarum serierum summa vndecunque constaret, hinc alterius quoque seriei summa assignari posset. Summas autem serierum

$$1+\frac{1}{2^m}+\frac{1}{3^m}+\frac{1}{4^m}+\text{etc. seu }\int\frac{1}{z^m}$$

hic vt cognitas spectamus, quandoquidem quoties exponens m est numerus par, hae summae a me per

per peripheriam circuli ſunt definitae; pro caſibus autem quibus m eſt numerus impar, ſummae vero proximae facile reperiri poſſunt.

3. Quando exponentes m et n ſumuntur aequales binae ſeries inuentae conueniunt, hocque ergo caſu ſequentem ſummationem adipiſcimur:

$$1+\frac{1}{2^n}\left(1+\frac{1}{2^n}\right)+\frac{1}{3^n}\left(1+\frac{1}{2^n}+\frac{1}{3^n}\right)+\frac{1}{4^n}\left(1+\frac{1}{2^n}+\frac{1}{3^n}+\frac{1}{4^n}\right) \text{ etc.}$$
$$=\tfrac{1}{2}\left(\int\frac{1}{z^n}\right)^2+\tfrac{1}{2}\int\frac{1}{z^{2n}}.$$

Quocirca ſi caſus particulares conſideraturi ponamus:

$$1+\tfrac{1}{2}+\tfrac{1}{3}+\tfrac{1}{4}+\tfrac{1}{5}+\text{etc.}=\Delta=\int\tfrac{1}{z}$$
$$1+\tfrac{1}{2^2}+\tfrac{1}{3^2}+\tfrac{1}{4^2}+\tfrac{1}{5^2}+\text{etc.}=A=\int\tfrac{1}{z^2}$$
$$1+\tfrac{1}{2^3}+\tfrac{1}{3^3}+\tfrac{1}{4^3}+\tfrac{1}{5^3}+\text{etc.}=B=\int\tfrac{1}{z^3}$$
$$1+\tfrac{1}{2^4}+\tfrac{1}{3^4}+\tfrac{1}{4^4}+\tfrac{1}{5^4}+\text{etc.}=C=\int\tfrac{1}{z^4}$$
$$1+\tfrac{1}{2^5}+\tfrac{1}{3^5}+\tfrac{1}{4^5}+\tfrac{1}{5^5}+\text{etc.}=D=\int\tfrac{1}{z^5}$$
etc.

ſimilique modo porro:

$$\int\tfrac{1}{z^6}=E;\ \int\tfrac{1}{z^7}=F,\ \int\tfrac{1}{z^8}=G;\ \int\tfrac{1}{z^9}=H;\ \int\tfrac{1}{z^{10}}=I \text{ etc.}$$

hinc conſequimur ſequentes ſummationes:

$$1+\tfrac{1}{2}\left(1+\tfrac{1}{2}\right)+\tfrac{1}{3}\left(1+\tfrac{1}{2}+\tfrac{1}{3}\right)+\text{etc.}=\tfrac{1}{2}\Delta\Delta+\tfrac{1}{2}A$$
$$1+\tfrac{1}{2^2}\left(1+\tfrac{1}{2^2}\right)+\tfrac{1}{3^2}\left(1+\tfrac{1}{2^2}+\tfrac{1}{3^2}\right)+\text{etc.}=\tfrac{1}{2}AA+\tfrac{1}{2}C$$
$$1+\tfrac{1}{2^3}\left(1+\tfrac{1}{2^3}\right)+\tfrac{1}{3^3}\left(1+\tfrac{1}{2^3}+\tfrac{1}{3^3}\right)+\text{etc.}=\tfrac{1}{2}BB+\tfrac{1}{2}E$$
$$1+\tfrac{1}{2^4}\left(1+\tfrac{1}{2^4}\right)+\tfrac{1}{3^4}\left(1+\tfrac{1}{2^4}+\tfrac{1}{3^4}\right)+\text{etc.}=\tfrac{1}{2}CC+\tfrac{1}{2}G$$
$$1+\tfrac{1}{2^5}\left(1+\tfrac{1}{2^5}\right)+\tfrac{1}{3^5}\left(1+\tfrac{1}{2^5}+\tfrac{1}{3^5}\right)+\text{etc.}=\tfrac{1}{2}DD+\tfrac{1}{2}I$$
etc.

vbi

vbi quidem notari conuenit, primae seriei summam Δ esse infinitam, reliquas vero omnes finitas.

4. At si exponentes m et n sunt inaequales; hoc modo series formae, quam contemplamur obtinentur, quarum quidem neutrius summam seorsim hac methodo definire licet; verumtamen ambarum iunctim sumtarum summa exhiberi potest, vti ante ostendimus. Quod quo planius reddatur, simulque scribendi compendium in vsum vocetur, huius seriei summam

$$1+\frac{1}{2^m}\left(1+\frac{1}{2^n}\right)+\frac{1}{3^m}\left(1+\frac{1}{2^n}+\frac{1}{3^n}\right)+\frac{1}{4^m}\left(1+\frac{1}{2^n}+\frac{1}{3^n}+\frac{1}{4^n}\right) \text{ etc.}$$

hac scriptione $\int\frac{1}{z^m}\left(\frac{1}{y^n}\right)$ indicemus, ita vt permutatis exponentibus habeatur $\int\frac{1}{z^n}\left(\frac{1}{y^m}\right)$; His notatis inuenimus fore

$$\int\frac{1}{z^m}\left(\frac{1}{y^n}\right)+\int\frac{1}{z^n}\left(\frac{1}{y^m}\right)=\int\frac{1}{z^m}\cdot\int\frac{1}{z^n}+\int\frac{1}{z^{m+n}}.$$

Quodsi ergo aliunde alterius harum serierum summa innotuerit, hinc alterius seriei summa erit cognita; atque plus ex hac prima methodo concludere non licet, ex quo ad secundam euoluendam progredior.

Secunda Methodus ad huiusmodi series perueniendi.

5. Seruata praecedente notandi ratione perspicuum est, quantitatem

$$\int\frac{1}{z^m}\cdot\int\frac{1}{z^n}-\int\frac{1}{z^{m+n}}$$

ad

ad ſequentes ſeries infinitas reduci:

$$+\frac{1}{1\cdot 2^n}+\frac{1}{2^m\cdot 3^n}+\frac{1}{3^m\cdot 4^n}+\text{etc.}+\frac{1}{1\cdot 2^m}+\frac{1}{2^n\cdot 3^m}+\frac{1}{3^n\cdot 4^m}+\text{etc.}$$

$$+\frac{1}{1\cdot 3^n}+\frac{1}{2^m\cdot 4^n}+\frac{1}{3^m\cdot 5^n}+\text{etc.}+\frac{1}{1\cdot 3^m}+\frac{1}{2^n\cdot 4^m}+\frac{1}{3^n\cdot 5^m}+\text{etc.}$$

$$+\frac{1}{1\cdot 4^n}+\frac{1}{2^m\cdot 5^n}+\frac{1}{3^m\cdot 6^n}+\text{etc.}+\frac{1}{1\cdot 4^m}+\frac{1}{2^n\cdot 5^m}+\frac{1}{3^n\cdot 6^m}+\text{etc.}$$

$$+\frac{1}{1\cdot 5^n}+\frac{1}{2^m\cdot 6^n}+\frac{1}{3^m\cdot 7^n}+\text{etc.}+\frac{1}{1\cdot 5^m}+\frac{1}{2^n\cdot 6^m}+\frac{1}{3^n\cdot 7^m}+\text{etc.}$$

etc. etc.

totumque negotium iam hinc redit, vt ſingulae hae ſeries commode ſummentur; quo ipſo vberrimus campus aperitur peculiare ſerierum genus complectens, quod ob concinnitatem per ſe omni attentione dignum videtur, etiamſi cum inſtituto noſtro non tam arcto vinculo eſſet connexum.

6. Hae autem ſummationes commodius inueſtigari nequeunt, quam ſingulos terminos, quorum forma eſt $\frac{1}{x^m(x+a)^n}$, in fractiones ſimpliciores reſoluendo. Per ea autem quae de hoc argumento in Introductione ad Analyſin tradidi, patet, hanc fractionem in ſequentes diſcerpi:

$$\frac{1}{a^n}\cdot\frac{1}{x^m}-\frac{n}{1\cdot a^{n+1}}\cdot\frac{1}{x^{m-1}}+\frac{n(n+1)}{1\cdot 2\, a^{n+2}}\cdot\frac{1}{x^{m-2}}$$
$$-\frac{n(n+1)(n+2)}{1\cdot 2\cdot 3\, a^{n+3}}\cdot\frac{1}{x^{m-3}}+\text{etc.}$$

$$\pm\frac{1}{a^m}\cdot\frac{1}{(x+a)^n}\pm\frac{m}{1.\,a^{m+1}}\cdot\frac{1}{(x+a)^{n-1}}\pm\frac{m(m+1)}{1.\,2.\,a^{m+2}}\cdot\frac{1}{(x+a)^{n-2}}$$
$$\pm\frac{m(m+1)(m+2)}{1.\,2.\,3\,a^{m+3}}\cdot\frac{1}{(x+a)^{n-3}}\pm\text{etc.}$$

vbi tenendum est, in inferiori ordine signum superius $+$ valere, si m sit numerus par, contra vero signum inferius; tum vero vterque ordo non vlterius continuari debet, quam vsque ad terminos vbi exponens potestatum ipsius x et $x+a$ ad vnitatem fuerit diminutus.

7. Hinc igitur primo summam huius seriei

$$\frac{1}{1(a+1)^n}+\frac{1}{2^m(a+2)^n}+\frac{1}{3^m(a+3)^n}+\frac{1}{4^m(a+4)^n}+\text{etc.}=s$$

definire licet, dum in forma modo exhibita loco x omnes numeri 1, 2, 3 etc. in infinitum substituuntur, et in vnam summam colliguntur: Quoniam enim omnes termini ex formula $A.\frac{1}{x^\lambda}$ nati dant seriem cuius summam per $A\int\frac{1}{z^\lambda}$ exprimimus, ex formula autem $A\frac{1}{(x+a)^\lambda}$ prodit series cuius summa est $A\int\frac{1}{z^\lambda}-A\left(1+\frac{1}{2^\lambda}+\frac{1}{3^\lambda}\ldots\ldots+\frac{1}{a^\lambda}\right)$, seriei nostrae summa ita se habebit:

$$s=\frac{1}{a^n}\int\frac{1}{z^m}-\frac{n}{1.\,a^{n+1}}\int\frac{1}{z^{m-1}}+\frac{n(n+1)}{1.\,2\,a^{n+2}}\int\frac{1}{z^{m-2}}$$
$$-\frac{n(n+1)(n+2)}{1.\,2.\,3\,a^{n+3}}\int\frac{1}{z^{m-3}}+\text{etc.}$$

$\pm$

$$\pm \frac{1}{a^m}\int\frac{1}{z^n} \pm \frac{m}{1.\,a^{m+1}}\int\frac{1}{z^{n-1}} \pm \frac{m(m+1)}{1.\,2\,a^{m+2}}\int\frac{1}{z^{n-2}}$$
$$\pm \frac{m(m+)(m+2)}{1.\,2.\,3\,a^{m+3}}\int\frac{1}{z^{n-3}} \pm \text{etc.}$$

$$\mp \frac{1}{a^m}\left(1 + \frac{1}{2^n} + \frac{1}{3^n} + \ldots\ldots + \frac{1}{a^n}\right)$$
$$\mp \frac{m}{1\,a^{m+1}}\left(1 + \frac{1}{2^{n-1}} + \frac{1}{3^{n-1}} + \ldots\ldots + \frac{1}{a^{n-1}}\right)$$
$$\mp \frac{m(m+1)}{1.\,2\,a^{m+2}}\left(1 + \frac{1}{2^{n-2}} + \frac{1}{3^{n-2}} + \ldots\ldots + \frac{1}{a^{n-2}}\right)$$
$$\mp \frac{m(m+1)(m+2)}{1.\,2.\,3\,a^{m+3}}\left(1 + \frac{1}{2^{m-3}} + \frac{1}{3^{n-3}} + \ldots\ldots + \frac{1}{a^{n-3}}\right)$$
$$\text{etc.}$$

vbi fignis fuperioribus eft vtendum, quoties m eft numerus par, contra vero inferioribus. Expreffio autem haec femper eft finita, quoniam vtrumque terminorum ordinem tantum vsque ad $\int\frac{1}{z}$ continuari conuenit.

8. Tribuantur iam quoque litterae a omnes valores ab vnitate in infinitum, vt in vna fumma conplectamur omnes feries infinitas prioris ordinis §. 5. ad finiftram notatas; atque earum fumma ita reperietur repraefentata:

$$\int\frac{1}{z^n}.\int\frac{1}{z^m} - \frac{n}{1}\int\frac{1}{z^{n+1}}\int\frac{1}{z^{m-1}} + \frac{n(n+1)}{1.\,2}\int\frac{1}{z^{n+2}}.\int\frac{1}{z^{m-2}}$$
$$- \frac{n(n+1)(n+2)}{1.\;2.\;3.}\int\frac{1}{z^{n+3}}.\int\frac{1}{z^{m-3}} \text{ etc.}$$

$$\pm \int \frac{1}{z^m} \cdot \int \frac{1}{z^n} \mp \int \frac{1}{z^m}\left(\frac{1}{y^n}\right)$$

$$\pm \frac{m}{1}\int \frac{1}{z^{m+1}} \cdot \int \frac{1}{z^{n-1}} \mp \frac{m}{1}\int \frac{1}{z^{m+1}}\left(\frac{1}{y^{n-1}}\right)$$

$$\pm \frac{m(m+1)}{1.\ 2}\int \frac{1}{z^{m+2}} \cdot \int \frac{1}{z^{n-2}} \mp \frac{m(m+1)}{1.\ 2}\int \frac{1}{z^{m+2}}\left(\frac{1}{y^{n-2}}\right)$$

$$\pm \frac{m(m+1)(m+2)}{1.\ 2.\ 3.}\int \frac{1}{z^{m+3}} \cdot \int \frac{1}{z^{n-3}} \mp \frac{m(m+1)(m+2)}{1.\ 2.\ 3}\int \frac{1}{z^{m+3}}\left(\frac{1}{y^{n-3}}\right)$$

etc.

Similique modo permutandis exponentibus m et n ſumma orietur alterius ſerierum ordinis ad dextram §. 5. diſpoſiti. His igitur expreſſionibus coniunctis quantitas $\int \frac{1}{z^m} \cdot \int \frac{1}{z^n} - \int \frac{1}{z^{m+n}}$ in ſequentem formam transmutatur, quam per duas partes exhiberi conuenit.

Pars prior.

$$+(1 \pm 1)\int \frac{1}{z^m} \cdot \int \frac{1}{z^n} \mp \int \frac{1}{z^m}\left(\frac{1}{y^n}\right)$$

$$-\frac{m}{1}(1 \mp 1)\int \frac{1}{z^{m+1}} \cdot \int \frac{1}{z^{n-1}} \pm \frac{m}{1}\int \frac{1}{z^{m+1}}\left(\frac{1}{y^{n-1}}\right)$$

$$+\frac{m(m+1)}{1.\ 2}(1 \pm 1)\int \frac{1}{z^{m+2}} \cdot \int \frac{1}{z^{n-2}} \mp \frac{m(m+1)}{1.\ 2.}\int \frac{1}{z^{m+2}}\left(\frac{1}{y^{n-2}}\right)$$

$$-\frac{m(m+1)(m+2)}{1.\ 2.\ 3}(1 \mp 1)\int \frac{1}{z^{m+3}} \cdot \int \frac{1}{z^{n-3}} \pm \frac{m(m+1)(m+2)}{1.\ 2.\ 3}\int \frac{1}{z^{m+3}}\left(\frac{1}{y^{n-3}}\right)$$

etc.

vbi

vbi figna fuperiora valent, fi m fit numerus par, inferiora vero fi m fit numerus impar.

Pars altera.

$$+(1 \pm 1)\int\frac{1}{z^n}\cdot\int\frac{1}{z^m} \mp \int\frac{1}{z^n}\left(\frac{1}{y^m}\right)$$

$$-\frac{n}{1}(1 \mp 1)\int\frac{1}{z^{n+1}}\cdot\int\frac{1}{z^{m-1}} \mp \frac{n}{1}\int\frac{1}{z^{n+1}}\left(\frac{1}{y^{m-1}}\right)$$

$$+\frac{n(n+1)}{1.\ 2}(1 \pm 1)\int\frac{1}{z^{n+2}}\cdot\int\frac{1}{z^{m-2}} \mp \frac{n(n+1)}{1.\ 2.}\int\frac{1}{z^{n+2}}\left(\frac{1}{y^{m-2}}\right)$$

$$-\frac{n(n+1)(n+2)}{1.\ 2.\ 3}(1 \mp 1)\int\frac{1}{z^{n+3}}\cdot\int\frac{1}{z^{m-3}} \mp \frac{n(n+1)(n+2)}{1.\ 2.\ 3}\int\frac{1}{z^{n+3}}\left(\frac{1}{y^{m-3}}\right)$$

etc.

vbi figna fuperiora valent, fi n numerus par, contra vero valent inferiora.

8. Prout ergo exponentes m et n fuerint vel pares vel impares, hae expreffiones ad pauciores terminos reducuntur, erit fcilicet

Pars prima fi m *fit numerus par.*

$$+2\int\frac{1}{z^m}\cdot\int\frac{1}{z^n} - \int\frac{1}{z^m}\left(\frac{1}{y^n}\right) - \frac{m}{1}\int\frac{1}{z^{m+1}}\left(\frac{1}{y^{n-1}}\right)$$

$$+\frac{2m(m+1)}{1.\ 2.}\int\frac{1}{z^{m+2}}\cdot\int\frac{1}{z^{n-2}} - \frac{m(m+1)}{1.\ 2}\int\frac{1}{z^{m+2}}\left(\frac{1}{y^{n-2}}\right)$$

$$-\frac{(m+1)(m+2)}{1.\ 2.\ 3}\int\frac{1}{z^{m+3}}\left(\frac{1}{y^{n-3}}\right)$$

etc.

fiue hoc modo

$$2\int\frac{1}{z^m}\cdot\int\frac{1}{z^n}+\frac{2m(m+1)}{1.\ 2}\int\frac{1}{z^{m+2}}\cdot\int\frac{1}{z^{n-2}}$$
$$+\frac{2m(m+1)(m+2)(m+3)}{1.\ 2.\ 3.\ 4}\int\frac{1}{z^{m+4}}\int\frac{1}{z^{n-4}}+\text{etc.}$$
$$-\int\frac{1}{z^m}\left(\frac{1}{y^n}\right)-\frac{m}{1}\int\frac{1}{z^{m+1}}\left(\frac{1}{y^{n-1}}\right)-\frac{m(m+1)}{1.\ 2.}\int\frac{1}{z^{m+2}}\left(\frac{1}{y^{n-2}}\right.\ \text{etc.}$$

Pars prima si m *sit numerus impar:*

$$-\frac{2m}{1}\int\frac{1}{z^{m+1}}\cdot\int\frac{1}{z^{n-1}}-\frac{2m(m+1)(m+2)}{1.\ 2.\ 3}\int\frac{1}{z^{m+3}}\int\frac{1}{z^{n-3}}-\text{etc.}$$
$$+\int\frac{1}{z^m}\left(\frac{1}{y^n}\right)+\frac{m}{1}\int\frac{1}{z^{m+1}}\left(\frac{1}{y^{n-1}}\right)+\frac{m(m+1)}{1.\ 2}\int\frac{1}{z^{m+2}}\left(\frac{1}{y^{n-2}}\right)\ \text{etc.}$$

Pro posterior si n *sit numerus par.*

$$2\int\frac{1}{z^n}\cdot\int\frac{1}{z^m}+\frac{2n(n+1)}{1.\ 2}\int\frac{1}{z^{n+2}}\cdot\int\frac{1}{z^{m-2}}$$
$$+\frac{2n(n+1)(n+2)(n+3)}{1.\ 2.\ 3.\ 4}\int\frac{1}{z^{n+4}}\cdot\int\frac{1}{z^{m-4}}\ \text{etc.}$$
$$-\int\frac{1}{z^n}\left(\frac{1}{y^m}\right)-\frac{n}{1}\int\frac{1}{z^{n+1}}\left(\frac{1}{y^{m-1}}\right)-\frac{n(n+1)}{1.\ 2}\int\frac{1}{z^{n+2}}\left(\frac{1}{y^{m-2}}\right.-\text{etc.}$$

Pars posterior si n *sit numerus impar.*

$$-\frac{2n}{1}\int\frac{1}{z^{n+1}}\cdot\int\frac{1}{z^{m-1}}-\frac{2n(n+1)(n+2)}{1.\ 2.\ 3}\int\frac{1}{z^{n+3}}\left(\frac{1}{z^{m-3}}\right.-\text{etc.}$$
$$+\int\frac{1}{z^n}\left(\frac{1}{y^m}\right)+\frac{n}{1}\int\frac{1}{z^{n+1}}\left(\frac{1}{y^{m-1}}\right)+\frac{n(n+1)}{1.\ 2}\int\frac{1}{z^{n+2}}\left(\frac{1}{y^{m-2}}\right.+\text{etc.}$$

10.

10. In his formis notasse iuuabit, series formae, quam hic consideramus, $\int \frac{1}{z^{\mu}} \left(\frac{1}{y^{\nu}}\right)$ non solum occurrere, sed etiam omnes ita esse comparatas, vt summa exponentium $\mu + \nu$ vbique sit eadem $= m + n$. Quo circa nostras inuestigationes ita in ordines distribui conueniet, vt omnes resolutiones, in quibus summa exponentium $m + n$ est eadem, ad eundem ordinem referantur: quandoquidem in iis eaedem series, quas hic euoluere constitui, occurrunt; atque si theorema in prima methodo erutum, quo est

$$\int \frac{1}{z^m} \left(\frac{1}{y^n}\right) + \int \frac{1}{z^n} \left(\frac{1}{y^m}\right) = \int \frac{1}{z^m} . \int \frac{1}{z^n} + \int \frac{1}{z^{m+n}}$$

in subsidium vocemus, hinc singulas series formae nostrae $\int \frac{1}{z^{\mu}} \left(\frac{1}{y^{\nu}}\right)$ seorsim definire poterimus. Cum autem exponentes m et n vnitate minores esse nequeant, pro primo ordine erit $m + n = 2$, pro secundo $m + n = 3$, pro tertio $m + n = 4$ et ita porro: cum autem sit $\int \frac{1}{z}$ infinita, pro seriebus quarum summa est finita hoc infinitum ex calculo egredi debet.

Ordo primus quo m + n = 2.

11. Hic ergo vnico modo est $m = 1$ et $n = 1$; expressio $\int \frac{1}{z} . \int \frac{1}{z} - \int \frac{1}{z^2}$ in sequentem resoluitur:

$$\int \frac{1}{z} \left(\frac{1}{y}\right) + \int \frac{1}{z} \left(\frac{1}{y}\right) = 2 \int \frac{1}{z} \left(\frac{1}{y}\right).$$

Prior autem methodus dat

$$2 \int \frac{1}{z} \left(\frac{1}{y}\right) = \int \frac{1}{z} . \int \frac{1}{z} + \int \frac{1}{z^2}$$

quae

quae praesenti formae repugnare videtur: verum cum $\int \frac{1}{z}$ sit infinita, eius respectu vtique pars altera $\int \frac{1}{z^2}$ pro euanescente est habenda. Quam ob causam hinc nihil ad institutum nostrum concludere licet.

Ordo secundus quo est m + n = 3.

12. Hic iteram vnico modo est $m = 2$ et $n = 1$, quandoquidem permutatio horum exponentium nullum discrimen affert. Quare haec expressio $\int \frac{1}{z^2} . \int \frac{1}{z} - \int \frac{1}{z^3}$ resoluitur in hanc:

$$2 \int \frac{1}{z^2} . \int \frac{1}{z} - \int \frac{1}{z^2} \left(\frac{1}{y} \right) - 2 \int \frac{1}{z^2} . \int \frac{1}{z} + \int \frac{1}{z} \left(\frac{1}{y^2} \right) + 1 \int \frac{1}{z^2} \left(\frac{1}{y} \right)$$

quae contrahitur in $\int \frac{1}{z} \left(\frac{1}{y^2} \right)$. Per minorem autem methodum est

$$\int \frac{1}{z^2} \left(\frac{1}{y} \right) + \int \frac{1}{z} \left(\frac{1}{y^2} \right) = \int \frac{1}{z^2} . \int \frac{1}{z} + \int \frac{1}{z^3}$$

vnde sequi videtur:

$$\int \frac{1}{z^2} \left(\frac{1}{y} \right) = 2 \int \frac{1}{z^3}$$

quae conclusio etsi est certa, vti deinceps videbimus, tamen hinc ob infinita ei satis confidere non licet. Erit ergo

$$1 + \frac{1}{2^2}\left(1 + \frac{1}{2}\right) + \frac{1}{3^2}\left(1 + \frac{1}{2} + \frac{1}{3}\right) + \frac{1}{4^2}\left(1 + \frac{1}{2} + \frac{1}{3} + \frac{1}{4}\right) = 2 \int \frac{1}{z^3}$$

$$= 2 \left(1 + \frac{1}{2^3} + \frac{1}{3^3} + \frac{1}{4^3} + \frac{1}{5^3} + \text{etc}\right)$$

quae aequalitas vtique omni attentione est digna.

Ordo

Ordo tertius, quo $m + n = 4$.

13. Duo casus hic sunt considerandi, quorum primus est $m = 3$, et $n = 1$, vnde forma $\int\frac{1}{z^3}\cdot\int\frac{1}{z} - \int\frac{1}{z^4}$ in hanc resoluitur:

$$+\int\frac{1}{z^3}\left(\frac{1}{y}\right) - 2\int\frac{1}{z^2}\cdot\int\frac{1}{z^2} + \int\frac{1}{z}\left(\frac{1}{y^3}\right) + 1\int\frac{1}{z^2}\left(\frac{1}{y^2}\right) + \int\frac{1}{z^3}\left(\frac{1}{y}\right)$$

ita vt sit

$$2\int\frac{1}{z^3}\left(\frac{1}{y}\right) + \int\frac{1}{z^2}\left(\frac{1}{y^2}\right) + \int\frac{1}{z}\left(\frac{1}{y^3}\right) = 2\int\frac{1}{z^2}\cdot\int\frac{1}{z^2} + \int\frac{1}{z^3}\cdot\int\frac{1}{z} - \int\frac{1}{z^4}.$$

Ex prima autem methodo habetur

$$\int\frac{1}{z^3}\left(\frac{1}{y}\right) + \int\frac{1}{z}\left(\frac{1}{y^3}\right) = \int\frac{1}{z^3}\cdot\int\frac{1}{z} + \int\frac{1}{z^4}$$

quae aequalitas ab illa ablata relinquit

$$\int\frac{1}{z^3}\left(\frac{1}{y}\right) + \int\frac{1}{z^2}\left(\frac{1}{y^2}\right) = 2\int\frac{1}{z^2}\cdot\int\frac{1}{z^2} - 2\int\frac{1}{z^4}.$$

Altero casu est $m = 2$ et $n = 2$, vnde colligitur

$$\int\frac{1}{z^2}\cdot\int\frac{1}{z^2} - \int\frac{1}{z^4}$$

$$= 2\int\frac{1}{z^2}\cdot\int\frac{1}{z^2} - \int\frac{1}{z^2}\left(\frac{1}{y^2}\right) - 2\int\frac{1}{z^3}\left(\frac{1}{y}\right)$$

$$+ 2\int\frac{1}{z^2}\cdot\int\frac{1}{z^2} - \int\frac{1}{z^2}\left(\frac{1}{y^2}\right) - 2\int\frac{1}{z^3}\left(\frac{1}{y}\right)$$

hincque porro

$$2\int\frac{1}{z^2}\left(\frac{1}{y^2}\right) + 4\int\frac{1}{z^3}\left(\frac{1}{y}\right) = 3\int\frac{1}{z^2}\cdot\int\frac{1}{z^2} + \int\frac{1}{z^4}.$$

At methodus prima dat

$$2\int\frac{1}{z^3}\left(\frac{1}{y^2}\right) = \int\frac{1}{z^2}\cdot\int\frac{1}{z^2} + \int\frac{1}{z^4}$$

vnde concludimus fore

$$\int\frac{1}{z^2}\left(\frac{1}{y^2}\right) = \frac{1}{2}\int\frac{1}{z^2}\cdot\int\frac{1}{z^2} + \frac{1}{2}\int\frac{1}{z^4}$$

et $\int\frac{1}{z^3}\left(\frac{1}{y}\right) = \frac{1}{2}\int\frac{1}{z^2}\cdot\int\frac{1}{z^2}$.

Superior vero conclusio suppeditat

$$\int\frac{1}{z^3}\left(\frac{1}{y}\right) = \frac{3}{2}\int\frac{1}{z^2}\cdot\int\frac{1}{z^2} - \frac{5}{2}\int\frac{1}{z^4}$$

 quae

quae etiam veritati eſt conſentanea, cum ſit $\int\frac{1}{z^2}\cdot\int\frac{1}{z^2} = \frac{\pi^4}{36}$ et $\int\frac{1}{z^4} = \frac{\pi^4}{90}$; ita vt etiam prior caſus non obſtante infinito ad veritatem perducat; quod tum ſolum a vero aberrare videtur, quando infiniti quadratum $\int\frac{1}{z}\cdot\int\frac{1}{z}$, vti in primo ordine vſu venit, in calculum ingreditur; quo ipſo concluſio ex ordine ſecundo deducta iam haud mediocriter corroboratur.

Ordo quartus, quo $m + n = 5$.

14. Sit primo $m = 4$ et $n = 1$, vnde prodit pro $\int\frac{1}{z^4}\cdot\int\frac{1}{z} - \int\frac{1}{z^5}$ haec expreſſio:

$$2\int\frac{1}{z^4}\cdot\int\frac{1}{z} - \int\frac{1}{z^4}\left(\frac{1}{y}\right)$$
$$-2\int\frac{1}{z^2}\cdot\int\frac{1}{z^3} - 2\int\frac{1}{z^4}\cdot\int\frac{1}{z} + \int\frac{1}{z}\left(\frac{1}{y^4}\right) + \int\frac{1}{z^2}\left(\frac{1}{y^3}\right) + \int\frac{1}{z^3}\left(\frac{1}{y^2}\right)$$
$$+\int\frac{1}{z^4}\left(\frac{1}{y}\right)$$

vnde colligimus

$$\int\frac{1}{z}\left(\frac{1}{y^4}\right) + \int\frac{1}{z^2}\left(\frac{1}{y^3}\right) + \int\frac{1}{z^3}\left(\frac{1}{y^2}\right) = \int\frac{1}{z^4}\cdot\int\frac{1}{z} + 2\int\frac{1}{z^2}\cdot\int\frac{1}{z^3} - \int\frac{1}{z^5}.$$

Methodus autem prima dat

$$\int\frac{1}{z}\left(\frac{1}{y^4}\right) + \int\frac{1}{z^4}\left(\frac{1}{y}\right) = \int\frac{1}{z^4}\cdot\int\frac{1}{z} + \int\frac{1}{z^5}$$

qua aequalitate ab illa ablata reſtat

$$\int\frac{1}{z^2}\left(\frac{1}{y^3}\right) + \int\frac{1}{z^3}\left(\frac{1}{y^2}\right) - \int\frac{1}{z^4}\left(\frac{1}{y}\right) = 2\int\frac{1}{z^2}\cdot\int\frac{1}{z^3} - \int\frac{1}{z^5}.$$

Secundo autem ſit $m = 3$ et $n = 2$, ac pro $\int\frac{1}{z^3}\cdot\int\frac{1}{z^2} - \int\frac{1}{z^5}$ reperitur

$$-6\int\frac{1}{z^4}\cdot\int\frac{1}{z} + \int\frac{1}{z^3}\left(\frac{1}{y^2}\right) + 3\int\frac{1}{z^4}\left(\frac{1}{y}\right)$$
$$+2\int\frac{1}{z^2}\cdot\int\frac{1}{z^3} + 6\int\frac{1}{z^4}\cdot\int\frac{1}{z} - \int\frac{1}{z^2}\left(\frac{1}{y^3}\right) - 2\int\frac{1}{z^3}\left(\frac{1}{y^2}\right) - 3\int\frac{1}{z^4}\left(\frac{1}{y}\right)$$

ideoque

$$\int\frac{1}{z^2}\left(\frac{1}{y^3}\right) + \int\frac{1}{z^3}\left(\frac{1}{y^2}\right) = \int\frac{1}{z^2}\cdot\int\frac{1}{z^3} + \int\frac{1}{z^5}$$

prorſus

prorſus vti prima methodus praebet; hinc ergo fit

$$\int \frac{1}{z^4}\left(\frac{1}{y}\right) = 3\int \frac{1}{z^5} - \int \frac{1}{z^2} \cdot \int \frac{1}{z^3}.$$

Seorſim autem hinc ſerierum $\int \frac{1}{z^2}\left(\frac{1}{y^3}\right)$ et $\int \frac{1}{z^3}\left(\frac{1}{y^2}\right)$ ſummae non definiuntur. Infra autem oſtendemus, eſſe

$$\int \frac{1}{z^2}\left(\frac{1}{y^4}\right) = 3\int \frac{1}{z^2} \cdot \int \frac{1}{z^3} - \frac{9}{2}\int \frac{1}{z^5} \text{ et } \int \frac{1}{z^2}\left(\frac{1}{y^3}\right) = -2\int \frac{1}{z^2} \cdot \int \frac{1}{z^3} + \frac{11}{2}\int \frac{1}{z^5}.$$

Ordo quintus, *quo* $m + n = 6$.

15. Sit primo $m = 5$ et $n = 1$, eritque $\int \frac{1}{z^5} \cdot \int \frac{1}{z}$

$$-\int \frac{1}{z^6} = + \int \frac{1}{z^5}\left(\frac{1}{y}\right)$$

$$- 2\int \frac{1}{z^2} \cdot \int \frac{1}{z^4} - 2\int \frac{1}{z^4} \cdot \int \frac{1}{z^2} + \int \frac{1}{z}\left(\frac{1}{y^5}\right) + \int \frac{1}{z^2}\left(\frac{1}{y^4}\right) + \int \frac{1}{z^3}\left(\frac{1}{y^3}\right)$$
$$+ \int \frac{1}{z^4}\left(\frac{1}{y^2}\right) + \int \frac{1}{z^5}\left(\frac{1}{y}\right)$$

vnde fit

$$\int \frac{1}{z}\left(\frac{1}{y^5}\right) + \int \frac{1}{z^2}\left(\frac{1}{y^4}\right) + \int \frac{1}{z^3}\left(\frac{1}{y^3}\right) + \int \frac{1}{z^4}\left(\frac{1}{y^2}\right) + 2\int \frac{1}{z^5}\left(\frac{1}{y}\right) =$$
$$\int \frac{1}{z^5} \cdot \int \frac{1}{z} + 4\int \frac{1}{z^4} \cdot \int \frac{1}{z^2} - \int \frac{1}{z^6}.$$

Cum autem prima methodus det

$$\int \frac{1}{z}\left(\frac{1}{y^5}\right) + \int \frac{1}{z^5}\left(\frac{1}{y}\right) = \int \frac{1}{z^5} \cdot \int \frac{1}{z} + \int \frac{1}{z^6}$$

hinc terminis infinitis elidendis fit

$$\int \frac{1}{z^2}\left(\frac{1}{y^4}\right) + \int \frac{1}{z^3}\left(\frac{1}{y^3}\right) + \int \frac{1}{z^4}\left(\frac{1}{y^2}\right) + \int \frac{1}{z^5}\left(\frac{1}{y}\right) = 4\int \frac{1}{z^4} \cdot \int \frac{1}{z^2} - 2\int \frac{1}{z^6},$$

Secundo ſumatur $m = 4$ et $n = 2$ eritque $\int \frac{1}{z^4} \cdot \int \frac{1}{z^2} - \int \frac{1}{z^6} =$

$$2\int \frac{1}{z^4} \cdot \int \frac{1}{z^2} - \int \frac{1}{z^4}\left(\frac{1}{y^2}\right) - 4\int \frac{1}{z^5}\left(\frac{1}{y}\right)$$
$$+ 2\int \frac{1}{z^2} \cdot \int \frac{1}{z^4} + 6\int \frac{1}{z^4} \cdot \int \frac{1}{z^2} - \int \frac{1}{z^2}\left(\frac{1}{y^4}\right) - 2\int \frac{1}{z^3}\left(\frac{1}{y^3}\right) - 3\int \frac{1}{z^4}\left(\frac{1}{y^2}\right)$$
$$- 4\int \frac{1}{z^5}\left(\frac{1}{y}\right)$$

 ſiue

siue

$$\int \frac{1}{z^2}\left(\frac{1}{y^4}\right) + 2\int \frac{1}{z^3}\left(\frac{1}{y^3}\right) + 4\int \frac{1}{z^4}\left(\frac{1}{y^2}\right) + 8\int \frac{1}{z^5}\left(\frac{1}{y}\right) = 9\int \frac{1}{z^4}\cdot\int \frac{1}{z^2} + \int \frac{1}{z^6}.$$

Sit tertio $m = 3$ et $n = 3$, et quia ambae partes fiunt aequales, habitur $\int \frac{1}{z^3}\cdot\int \frac{1}{z^3} - \int \frac{1}{z^6} = -12\int \frac{1}{z^4}\cdot\int \frac{1}{z^2} + 2\int \frac{1}{z^3}\left(\frac{1}{y^3}\right) + 6\int \frac{1}{z^4}\left(\frac{1}{y^2}\right) + 12\int \frac{1}{z^5}\left(\frac{1}{y}\right)$ seu

$$2\int \frac{1}{z^3}\left(\frac{1}{y^3}\right) + 6\int \frac{1}{z^4}\left(\frac{1}{y^2}\right) + 12\int \frac{1}{z^5}\left(\frac{1}{y}\right) = 12\int \frac{1}{z^4}\cdot\int \frac{1}{z^2} + \int \frac{1}{z^3}\cdot\int \frac{1}{z^3} - \int \frac{1}{z^6}$$

cum quibus coniungantur hae duae ex prima methodo ortae:

$$\int \frac{1}{z^2}\left(\frac{1}{y^4}\right) + \int \frac{1}{z^4}\left(\frac{1}{y^2}\right) = \int \frac{1}{z^4}\cdot\int \frac{1}{z^2} + \int \frac{1}{z^6}$$

$$\text{et } 2\int \frac{1}{z^3}\left(\frac{1}{y^3}\right) = \int \frac{1}{z^3}\cdot\int \frac{1}{z^3} + \int \frac{1}{z^6}$$

hincque singulae series formae nostrae ita determinantur:

$$\int \frac{1}{z^5}\left(\frac{1}{y}\right) = 3\int \frac{1}{z^4}\cdot\int \frac{1}{z^2} - \frac{1}{2}\int \frac{1}{z^3}\cdot\int \frac{1}{z^3} - \frac{7}{2}\int \frac{1}{z^6}$$

$$\int \frac{1}{z^4}\left(\frac{1}{y^2}\right) = -\frac{16}{3}\int \frac{1}{z^4}\cdot\int \frac{1}{z^2} + \int \frac{1}{z^3}\cdot\int \frac{1}{z^3} + 9\int \frac{1}{z^6}$$

$$\int \frac{1}{z^3}\left(\frac{1}{y^3}\right) = \frac{1}{2}\int \frac{1}{z^3}\cdot\int \frac{1}{z^3} + \frac{1}{2}\int \frac{1}{z^6}$$

$$\int \frac{1}{z^2}\left(\frac{1}{y^4}\right) = +\frac{19}{3}\int \frac{1}{z^4}\cdot\int \frac{1}{z^2} - \int \frac{1}{z^3}\cdot\int \frac{1}{z^3} - 3\int \frac{1}{z^6}$$

tum vero aequationem primo inuentam adhibendo obtinetur

$$\int \frac{1}{z^6} = \frac{4}{7}\int \frac{1}{z^4}\cdot\int \frac{1}{z^2}$$

id quod ob $\int \frac{1}{z^2} = \frac{\pi\pi}{6}$, $\int \frac{1}{z^4} = \frac{\pi^4}{90}$ et $\int \frac{1}{z^6} = \frac{\pi^6}{945}$ veritati est consentaneum.

Ordo

Ordo sextus, quo $m+n=7$.

16. Sit primo $m=6$ et $n=1$, eritque
$\int\frac{1}{z^6}\cdot\int\frac{1}{z}-\int\frac{1}{z^7}=$

$$2\int\frac{1}{z^6}\cdot\int\frac{1}{z}-\int\frac{1}{z^6}\left(\frac{1}{y}\right)$$
$$-2\int\frac{1}{z^2}\cdot\int\frac{1}{z^5}=2\int\frac{1}{z^4}\cdot\int\frac{1}{z^3}-2\int\frac{1}{z^6}\cdot\int\frac{1}{z}$$
$$+\int\frac{1}{z}\left(\frac{1}{y^6}\right)+\int\frac{1}{z^2}\left(\frac{1}{y^5}\right)+\int\frac{1}{z^3}\left(\frac{1}{y^4}\right)+\int\frac{1}{z^4}\left(\frac{1}{y^3}\right)+\int\frac{1}{z^5}\left(\frac{1}{y^2}\right)+\int\frac{1}{z^6}\left(\frac{1}{y}\right)$$

vnde colligimus hanc aequationem

$$\int\frac{1}{z}\left(\frac{1}{y^6}\right)+\int\frac{1}{z^2}\left(\frac{1}{y^5}\right)+\int\frac{1}{z^3}\left(\frac{1}{y^4}\right)+\int\frac{1}{z^4}\left(\frac{1}{y^3}\right)+\int\frac{1}{z^5}\left(\frac{1}{y^2}\right)=$$
$$\int\frac{1}{z^6}\cdot\int\frac{1}{z}+2\int\frac{1}{z^2}\cdot\int\frac{1}{z^5}+2\int\frac{1}{z^4}\cdot\int\frac{1}{z^3}-\int\frac{1}{z^7}.$$

Cum vero sit

$$\int\frac{1}{z}\left(\frac{1}{y^6}\right)+\int\frac{1}{z^6}\left(\frac{1}{y}\right)=\int\frac{1}{z^6}\cdot\int\frac{1}{z}+\int\frac{1}{z^7}\text{ erit}$$
$$\int\frac{1}{z^2}\left(\frac{1}{y^5}\right)+\int\frac{1}{z^3}\left(\frac{1}{y^4}\right)+\int\frac{1}{z^4}\left(\frac{1}{y^3}\right)+\int\frac{1}{z^5}\left(\frac{1}{y^2}\right)-\int\frac{1}{z^6}\left(\frac{1}{y}\right)=$$
$$2\int\frac{1}{z^2}\cdot\int\frac{1}{z^5}+2\int\frac{1}{z^4}\cdot\int\frac{1}{z^3}-2\int\frac{1}{z^7}.$$

Est vero etiam

$$\int\frac{1}{z^2}\left(\frac{1}{y^5}\right)+\int\frac{1}{z^5}\left(\frac{1}{y^2}\right)=\int\frac{1}{z^5}\cdot\int\frac{1}{z^2}+\int\frac{1}{z^7}\text{ et}$$
$$\int\frac{1}{z^3}\left(\frac{1}{y^4}\right)+\int\frac{1}{z^4}\left(\frac{1}{y^3}\right)=\int\frac{1}{z^4}\cdot\int\frac{1}{z^3}+\frac{1}{z^7}$$

vnde habebitur

$$\int\frac{1}{z^6}\left(\frac{1}{y}\right)=4\int\frac{1}{z^7}-\int\frac{1}{z^2}\cdot\int\frac{1}{z^5}-\int\frac{1}{z^4}\cdot\int\frac{1}{z^3}$$

Sit secundo $m=5$ et $n=2$, eritque $\int\frac{1}{z^5}\int\frac{1}{z^2}-\int\frac{1}{z^7}=$

$$-10\int\frac{1}{z^6}\cdot\int\frac{1}{z}+\int\frac{1}{z^5}\left(\frac{1}{y^2}\right)+5\int\frac{1}{z^6}\left(\frac{1}{y}\right)$$
$$+2\int\frac{1}{z^2}\int\frac{1}{z^5}+6\int\frac{1}{z^4}\cdot\int\frac{1}{z^3}+10\int\frac{1}{z^6}\int\frac{1}{z}$$
$$-\int\frac{1}{z^2}\left(\frac{1}{y^5}\right)-2\int\frac{1}{z^3}\left(\frac{1}{y^4}\right)-3\int\frac{1}{z^4}\left(\frac{1}{y^3}\right)-4\int\frac{1}{z^5}\left(\frac{1}{y^2}\right)-5\int\frac{1}{z^6}\left(\frac{1}{y}\right)$$

vnde colligitur haec aequatio:

$$\int\frac{1}{z^2}\left(\frac{1}{y^5}\right)+2\int\frac{1}{z^3}\left(\frac{1}{y^4}\right)+3\int\frac{1}{z^4}\left(\frac{1}{y^3}\right)+3\int\frac{1}{z^5}\left(\frac{1}{y^2}\right)=$$
$$\int\frac{1}{z^2}\cdot\int\frac{1}{z^5}+6\int\frac{1}{z^4}\cdot\int\frac{1}{z^3}+\int\frac{1}{z^7}$$

quae per ante ex methodo prima allegatas reducitur ad hanc:

$$\int\frac{1}{z^4}\left(\frac{1}{y^3}\right)+2\int\frac{1}{z^5}\left(\frac{1}{y^2}\right)=4\int\frac{1}{z^4}\cdot\int\frac{1}{z^3}-2\int\frac{1}{z^7}.$$

Sit tertio $m=4$ er $n=3$, erit $\int\frac{1}{z^4}\cdot\int\frac{1}{z^3}-\int\frac{1}{z^7}=$

$$2\int\frac{1}{z^4}\cdot\int\frac{1}{z^3}+20\int\frac{1}{z^6}\cdot\int\frac{1}{z}-\int\frac{1}{z^4}\left(\frac{1}{y^3}\right)-4\int\frac{1}{z^5}\left(\frac{1}{y^2}\right)-10\int\frac{1}{z^6}\left(\frac{1}{y}\right)$$
$$-6\int\frac{1}{z^4}\cdot\int\frac{1}{z^3}-20\int\frac{1}{z^6}\cdot\int\frac{1}{z}+\int\frac{1}{z^3}\left(\frac{1}{y^4}\right)+3\int\frac{1}{z^4}\left(\frac{1}{y^3}\right)+6\int\frac{1}{z^5}\left(\frac{1}{y^2}\right)$$
$$+10\int\frac{1}{z^6}\left(\frac{1}{y}\right).$$

Vnde colligitur

$$\int\frac{1}{z^3}\left(\frac{1}{y^4}\right)+2\int\frac{1}{z^4}\left(\frac{1}{y^3}\right)+2\int\frac{1}{z^5}\left(\frac{1}{y^2}\right)=5\int\frac{1}{z^4}\int\frac{1}{z^3}-\int\frac{1}{z^7}\text{ seu}$$
$$\int\frac{1}{z^4}\left(\frac{1}{y^3}\right)+2\int\frac{1}{z^5}\left(\frac{1}{y^2}\right)=4\int\frac{1}{z^4}\cdot\int\frac{1}{z^3}-2\int\frac{1}{z^7}$$

quae cum ante inuenta congruit, ita vt hinc nihil noui concludi possit. Hinc ergo tantum determinatur primo seriei $\int\frac{1}{z^6}\left(\frac{1}{y}\right)$ summa, tum vero hae duae coniunctim $\int\frac{1}{z^4}\left(\frac{1}{y^3}\right)+2\int\frac{1}{z^5}\left(\frac{1}{y^2}\right)$; sin autem vtraque seorsim innotesceret, tum etiam binae reliquae $\int\frac{1}{z^3}\left(\frac{1}{y^4}\right)$ et $\int\frac{1}{z^2}\left(\frac{1}{y^5}\right)$ innotescerent.

Ordo septimus, quo $m+n=8$.

17. Sit primo $m=7$ et $n=1$, erit

$$\int\frac{1}{z^7}\cdot\int\frac{1}{z}-\int\frac{1}{z^8}=\int\frac{1}{z^7}\left(\frac{1}{y}\right)$$
$$-2\int\frac{1}{z^2}\cdot\int\frac{1}{z^6}-2\int\frac{1}{z^4}\cdot\int\frac{1}{z^4}-2\int\frac{1}{z^6}\cdot\int\frac{1}{z^2}$$
$$+\int\frac{1}{z}\left(\frac{1}{y^7}\right)+\int\frac{1}{z^2}\left(\frac{1}{y^5}\right)+\int\frac{1}{z^2}\left(\frac{1}{y^5}\right)+\int\frac{1}{z^4}\left(\frac{1}{y^4}\right)+\int\frac{1}{z^5}\left(\frac{1}{y^3}\right)$$
$$+\int\frac{1}{z^6}\left(\frac{1}{y^2}\right)+\int\frac{1}{z^7}\left(\frac{1}{y}\right)$$

quae

quae vltima linea abit in

$$\int\frac{1}{z}\cdot\int\frac{1}{z^7}+\int\frac{1}{z^2}\cdot\int\frac{1}{z^6}+\int\frac{1}{z^3}\cdot\int\frac{1}{z^5}+\frac{1}{2}\int\frac{1}{z^4}\cdot\int\frac{1}{z^4}+\frac{7}{2}\int\frac{1}{z^8}$$

sicque erit

$$\int\frac{1}{z^7}\left(\frac{1}{y}\right)=2\int\frac{1}{z^2}\cdot\int\frac{1}{z^6}-\int\frac{1}{z^3}\cdot\int\frac{1}{z^5}+\frac{3}{2}\int\frac{1}{z^4}\cdot\int\frac{1}{z^4}-\frac{9}{2}\int\frac{1}{z^8}.$$

Secundo sit $m=6$ et $n=2$, erit $\int\frac{1}{z^6}\cdot\int\frac{1}{z^2}-\int\frac{1}{z^8}=$

$$2\int\frac{1}{z^6}\cdot\int\frac{1}{z^2}-\int\frac{1}{z^6}\left(\frac{1}{y^2}\right)-6\int\frac{1}{z^7}\left(\frac{1}{y}\right)$$

$+2\int$ [illegible] $\cdot\int\frac{1}{z^6}+6\int\frac{1}{z^4}\cdot\int\frac{1}{z^4}+10\int\frac{1}{z^6}\cdot\int\frac{1}{z^2}$

$-\int\frac{1}{z^2}\left(\frac{1}{y^6}\right)$ [illegible] $\int\frac{1}{z^3}\left(\frac{1}{y^5}\right)-3\int\frac{1}{z^4}\left(\frac{1}{y^4}\right)-4\int\frac{1}{z^5}\left(\frac{1}{y^3}\right)-5\int\frac{1}{z^6}\left(\frac{1}{y^2}\right)$

$-6\int\frac{1}{z^7}\left(\frac{1}{y}\right)$

siue

$$\int\frac{1}{z^2}\left(\frac{1}{y^6}\right)+2\int\frac{1}{z^3}\left(\frac{1}{y^5}\right)+3\int\frac{1}{z^4}\left(\frac{1}{y^4}\right)+4\int\frac{1}{z^5}\left(\frac{1}{y^3}\right)+6\int\frac{1}{z^6}\left(\frac{1}{y^2}\right)$$
$$+12\int\frac{1}{z^7}\left(\frac{1}{y}\right)=13\int\frac{1}{z^6}\cdot\int\frac{1}{z^2}+\int\frac{1}{z^8}+6\int\frac{1}{z^4}\cdot\int\frac{1}{z^4}$$

quae reducitur ad hanc:

$$2\int\frac{1}{z^5}\left(\frac{1}{y^3}\right)+5\int\frac{1}{z^6}\left(\frac{1}{y^2}\right)+12\int\frac{1}{z^7}\left(\frac{1}{y}\right)=$$
$$+12\int\frac{1}{z^6}\cdot\int\frac{1}{z^2}-2\int\frac{1}{z^3}\cdot\int\frac{1}{z^5}+\frac{9}{2}\int\frac{1}{z^4}\cdot\int\frac{1}{z^4}-\frac{7}{2}\int\frac{1}{z^8}.$$

Sit tertio $m=5$ et $n=3$, erit $\int\frac{1}{z^5}\cdot\int\frac{1}{z^3}-\int\frac{1}{z^8}=$

$$-10\int\frac{1}{z^6}\cdot\int\frac{1}{z^2}+\int\frac{1}{z^3}\left(\frac{1}{y^5}\right)+5\int\frac{1}{z^6}\left(\frac{1}{y^2}\right)+15\int\frac{1}{z^7}\left(\frac{1}{y}\right)$$
$$-6\int\frac{1}{z^4}\cdot\int\frac{1}{z^4}-20\int\frac{1}{z^6}\cdot\int\frac{1}{z^2}$$
$$+\int\frac{1}{z^3}\left(\frac{1}{y^5}\right)+3\int\frac{1}{z^4}\left(\frac{1}{y^4}\right)+6\int\frac{1}{z^5}\left(\frac{1}{y^3}\right)+10\int\frac{1}{z^6}\left(\frac{1}{y^2}\right)+15\int\frac{1}{z^7}\left(\frac{1}{y}\right)$$

vnde fit

$$\int\frac{1}{z^3}\left(\frac{1}{y^5}\right)+3\int\frac{1}{z^4}\left(\frac{1}{y^4}\right)+7\int\frac{1}{z^5}\left(\frac{1}{y^3}\right)+15\int\frac{1}{z^6}\left(\frac{1}{y^2}\right)+30\int\frac{1}{z^7}\left(\frac{1}{y}\right)=$$
$$30\int\frac{1}{z^6}\cdot\int\frac{1}{z^2}+4\int\frac{1}{z^5}\cdot\int\frac{1}{z^3}+6\int\frac{1}{z^4}\cdot\int\frac{1}{z^4}-\int\frac{1}{z^8}$$

siue

$6\int$

$$6\int\frac{1}{z^5}\left(\frac{1}{y^3}\right)+15\int\frac{1}{z^6}\left(\frac{1}{y^2}\right)+30\int\frac{1}{z^7}\left(\frac{1}{y}\right)=$$
$$30\int\frac{1}{z^6}\cdot\int\frac{1}{z^2}+\frac{9}{2}\int\frac{1}{z^4}\cdot\int\frac{1}{z^4}-\frac{7}{2}\int\frac{1}{z^8}.$$

Sit denique $m=4$ et $n=4$, eritque

$$\frac{1}{2}\int\frac{1}{z^4}\cdot\int\frac{1}{z^4}-\frac{1}{2}\int\frac{1}{z^8}=2\int\frac{1}{z^4}\cdot\frac{1}{z^4}+20\int\frac{1}{z^6}\cdot\int\frac{1}{z^2}-\int\frac{1}{z^4}\left(\frac{1}{y^4}\right)-4\int\frac{1}{z^5}\left(\frac{1}{y^3}\right)$$
$$-10\int\frac{1}{z^6}\left(\frac{1}{y^2}\right)-20\int\frac{1}{z^7}\left(\frac{1}{y}\right)$$

hincque

$$4\int\frac{1}{z^5}\left(\frac{1}{y^3}\right)+10\int\frac{1}{z^6}\left(\frac{1}{y^2}\right)+20\int\frac{1}{z^7}\left(\frac{1}{y}\right)=20\int\frac{1}{z^6}\cdot\int\frac{1}{z^2}+\int\frac{1}{z^4}\cdot\int\frac{1}{z^4}$$

quae aequatio cum praecedente eandem continet determinationem, ac reducitur ad hanc proprietatem:

$$6\int\frac{1}{z^4}\cdot\int\frac{1}{z^4}=7\int\frac{1}{z^8}$$

quae valoribus a me inuentis $\int\frac{1}{z^4}=\frac{\pi^4}{90}$ et $\int\frac{1}{z^8}=\frac{\pi^8}{9450}$ egregie eſt conformis. Sin autem haec vltima aequatio cum caſu ſecundo conferatur, inde colligitur

$$4\int\frac{1}{z^7}\left(\frac{1}{y}\right)=4\int\frac{1}{z^2}\int\frac{1}{z^6}-4\int\frac{1}{z^3}\int\frac{1}{z^5}+8\int\frac{1}{z^4}\cdot\int\frac{1}{z^4}-7\int\frac{1}{z^8}\quad\text{ſeu}$$
$$\int\frac{1}{z^7}\left(\frac{1}{y}\right)=\int\frac{1}{z^2}\cdot\int\frac{1}{z^6}-\int\frac{1}{z^3}\cdot\int\frac{1}{z^5}+\frac{1}{2}\int\frac{1}{z^4}\cdot\int\frac{1}{z^4}$$

qui valor cum caſu primo collatus praebet

$$2\int\frac{1}{z^2}\cdot\int\frac{1}{z^6}+\int\frac{1}{z^4}\cdot\int\frac{1}{z^4}=\frac{9}{2}\int\frac{1}{z^8}$$

quae aequatio etiam veritati eſt conſentanea. Hinc praeter ſeriem $\int\frac{1}{z^7}\left(\frac{1}{y}\right)$ et determinationes primae methodi, tantum hanc vnicam nouam determinationem conſequimur:

$$2\int\frac{1}{z^4}\left(\frac{1}{y^3}\right)+5\int\frac{1}{z^6}\left(\frac{1}{y^2}\right)=10\int\frac{1}{z^3}\cdot\int\frac{1}{z^5}-\frac{9}{2}\int\frac{1}{z^4}\cdot\int\frac{1}{z^4}$$

neque ergo ſummas harum ſerierum $\int\frac{1}{z^5}\left(\frac{1}{y^3}\right)$ et $\int\frac{1}{z^6}\left(\frac{1}{y^2}\right)$ ſeorſim definire licet.

Ordo

Ordo octauus, *quo* m + n = 9.

18. Pro hoc ordine methodus prima has dat aequationes:

$$\int\tfrac{1}{z}\left(\tfrac{1}{y^8}\right)+\int\tfrac{1}{z^8}\left(\tfrac{1}{y}\right)=\int\tfrac{1}{z}\cdot\int\tfrac{1}{z^8}+\int\tfrac{1}{z^9}$$

$$\int\tfrac{1}{z^2}\left(\tfrac{1}{y^7}\right)+\int\tfrac{1}{z^7}\left(\tfrac{1}{y^2}\right)=\int\tfrac{1}{z^2}\cdot\int\tfrac{1}{z^7}+\int\tfrac{1}{z^9}$$

$$\int\tfrac{1}{z^3}\left(\tfrac{1}{y^6}\right)+\int\tfrac{1}{z^6}\left(\tfrac{1}{y^3}\right)=\int\tfrac{1}{z^3}\cdot\int\tfrac{1}{z^6}+\int\tfrac{1}{z^9}$$

$$\int\tfrac{1}{z^4}\left(\tfrac{1}{y^5}\right)+\int\tfrac{1}{z^5}\left(\tfrac{1}{y^4}\right)=\int\tfrac{1}{z^4}\cdot\int\tfrac{1}{z^5}+\int\tfrac{1}{z^9}.$$

Secunda autem methodus praeterea has ſuppeditat determinationes:

$$\int\tfrac{1}{z^8}\left(\tfrac{1}{y}\right)=5\int\tfrac{1}{z^9}-\int\tfrac{1}{z^2}\cdot\int\tfrac{1}{z^7}-\int\tfrac{1}{z^3}\cdot\int\tfrac{1}{z^6}-\int\tfrac{1}{z^4}\cdot\int\tfrac{1}{z^5}$$

$$2\int\tfrac{1}{z^5}\left(\tfrac{1}{y^4}\right)+5\int\tfrac{1}{z^6}\left(\tfrac{1}{y^3}\right)+5\int\tfrac{1}{z^7}\left(\tfrac{1}{y^2}\right)=10\int\tfrac{1}{z^3}\cdot\int\tfrac{1}{z^6}$$

$$\int\tfrac{1}{z^6}\left(\tfrac{1}{y^3}\right)+3\int\tfrac{1}{z^7}\left(\tfrac{1}{y^2}\right)=6\int\tfrac{1}{z^4}\cdot\int\tfrac{1}{z^5}+6\int\tfrac{1}{z^3}\cdot\int\tfrac{1}{z^6}-10\int\tfrac{1}{z^9}.$$

Cum igitur in hoc ordine 8 occurrant ſeries formae quam contemplamur, hae ſeptem aequationes omnibus definiendis non ſufficiunt; ſin autem aliunde praeter ſeriem $\int\frac{1}{z^8}\left(\frac{1}{y}\right)$ vnica reliquarum ſummari poſſet, omnium plane ſummae hinc innoteſcerent.

Ordo nonus, *quo* m + n = 10.

19. Ex prima methodo pro hoc ordine has conſequimur aequationes:

$$\int\tfrac{1}{z}\left(\tfrac{1}{y^9}\right)+\int\tfrac{1}{z^9}\left(\tfrac{1}{y}\right)=\int\tfrac{1}{z}\cdot\int\tfrac{1}{z^9}+\int\tfrac{1}{z^{10}}$$

$$\int\tfrac{1}{z^2}\left(\tfrac{1}{y^8}\right)+\int\tfrac{1}{z^8}\left(\tfrac{1}{y^2}\right)=\int\tfrac{1}{z^2}\cdot\int\tfrac{1}{z^8}+\int\tfrac{1}{z^{10}}$$

$$\int\tfrac{1}{z^3}\left(\tfrac{1}{y^7}\right)+\int\tfrac{1}{z^7}\left(\tfrac{1}{y^3}\right)=\int\tfrac{1}{z^3}\cdot\int\tfrac{1}{z^7}+\int\tfrac{1}{z^{10}}$$

$$\int\tfrac{1}{z^5}\left(\tfrac{1}{y^6}\right)+\int\tfrac{1}{z^6}\left(\tfrac{1}{y^4}\right)=\int\tfrac{1}{z^4}\cdot\int\tfrac{1}{z^6}+\int\tfrac{1}{z^{10}}$$

$$\int\tfrac{1}{z^5}\left(\tfrac{1}{y^5}\right)=\tfrac{1}{2}\int\tfrac{1}{z^5}\cdot\int\tfrac{1}{z^5}+\tfrac{1}{2}\int\tfrac{1}{z^{10}}$$

 quo-

quoniam igitur 9 ſeries hic occurrunt; pro earum ſummatione ſecunda methodus primo dat

$$\int\frac{1}{z^9}\left(\frac{1}{y}\right) = 3\int\frac{1}{z^2}\cdot\int\frac{1}{z^8} - \int\frac{1}{z^3}\cdot\int\frac{1}{z^7} + 3\int\frac{1}{z^4}\cdot\int\frac{1}{z^6} - \frac{1}{2}\int\frac{1}{z^5}\cdot\int\frac{1}{z^5} - \frac{11}{2}\int\frac{1}{z^{10}}.$$

reliquarum vero quatuor aequationum, quae inde deducuntur, duae nihil aliud definiunt, praeter notam relationem, qua eſt $\int\frac{1}{z^{10}} = \frac{10}{11}\int\frac{1}{z^4}\cdot\int\frac{1}{z^6}$, reliquae vero duae praebent

$$\int\frac{1}{z^6}\left(\frac{1}{y^4}\right) + \int\frac{1}{z^7}\left(\frac{1}{y^3}\right) = 6\int\frac{1}{z^4}\cdot\int\frac{1}{z^6} - \int\frac{1}{z^5}\cdot\int\frac{1}{z^5} - \frac{7}{2}\int\frac{1}{z^{10}}$$

